



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 91. Silesitarum querelæ contra Podiebracium Bohemiæ Regem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

postolicæ Sedis eum Regem salutare, qui Sæcul. XV.  
A. C. 1459.  
Regnum teneret, ob quam etiam rationem Callistus Prædecessor ejus priori tempore Podiebracium Bohemiæ Regem appellasset.

Cum vero omnes iidem Legati publice in Ecclesia debitam summo Pontifici obsequium, suamque obedientiam præstitissent, solus Bohemiæ Regis Orator non nisi in secreto Patrum Senatu idem homagium profiteri voluit, veritus, ne Domino suo Regni partem (\*) alienaret, si se, Regis sui nomine, Apostolicæ Sedi plene submitteret. Abjuraverat quidem Podiebracius anno præterito hæresim; sed illius sinceritas non paucis suspecta erat; sciebant enim, hunc Regem sanctissima quæque ad firmandum solium suum simulata pietate adhibere solitum esse.

§. XCI.

*Silesitarum querelæ contra Podiebracium Bohemiæ Regem.*

Præterea hac ex causa Silesitarum Oratores, nullo pacto se Podiebracium Regem suum suscepturos contestantur, simulque queruntur, quod eum suis literis  
Sedes

(\*) Nempe illam Regni partem, quam Hussita usurpaverant.

**Sæcul. XV.** A.C. 1450 Sedes Apostolica Regem appellasset. Iidem quoque sibi auxilia submitti petebant, ne amittendæ fidei orthodoxæ periculo, quod suis terris immineret, succumbere cogentur. His Papa pollicitus est, se Bohemiæ Regi scripturum, rogaturumque, ut armis contra illos abstereret, & controversias, si quas cum eis haberet, Apostolicæ Sedis arbitrio posterum relinqueret. His addidit, nisi pareret Rex, aliis se remediis usurum. Ut vero promissis sua fides, veritasque constaret, Hieronymum Archiepiscopum Cretensem, & Franciscum de Toledo Archiepiscopum Hispalensem ad rem inchoandam in Bohemiam Oratores decrevit. Hi Mense Octobri ad finem vergente Pragam ingressi, primum ad pacis consilia Regis animum inclinabant, demum Wratislaviam contendebant, ut cum Primoribus Urbis, atque Clero de concordæ articulis deliberarent. Exeunte Mense Decembri Pragam redeunt, comitantibus Wratislaviæ Oratoribus; quorum tandem opera collatis utrinque consiliis pax firmata est sequentibus articulis: I. *Rex prorsus omnem iram, odium, & indignationem deponet, quam adversus Clerum, & urbem Wratislaviensem, aut contra aliquem ex eorum fautoribus, subditis, adhærentibus, & fæderatis concepit.* II. *Omnia & singula Privilegia in futurum confir-*

*Cochlæ Hist  
Hussit. l. 12.  
fol. 423.*

confirmabit, & stabiliet perpetuo duratura. *Secul. XV.*

III. Rex tanquam verus, & Catholicus Prin- *A. C. 1459.*

ceps omnia, & singula jura, gratias, & con-  
suetudines Ecclesiarum, ac denique omnia  
integra, & libera relinquet, & tuebitur.

IV. Mandabit Officialibus, & subditis, ut  
censuras Ecclesiasticas reverenter suscipiant,  
& ubique denunciari, servarique libere, &  
sine perturbatione faciant.

V. Contra quoscunque qui hæresin in urbe vel Diœcesi  
Wratislaviensi spargere præsumunt, assistet,  
auxilium, consilium, & favorem præbendo.

VI. Præfatæ urbi concedet, ut præstatio so-  
lemnis homagii ad triennium suspendatur;  
quo tempore tamen ex nunc sub fide promit-  
tent omnes, se Regi tanquam fideles subditos  
obedientes & servientes, ac in omnibus ejus  
saluti & amplitudini intendentes fore, prout  
a retro actis temporibus Bohemiæ Regibus  
facere consueverunt.

Acceptavit Bohemiæ Rex cunctas  
hasce condiciones, & se Filium Sedi A-  
postolicæ addictissimum, necnon Catho-  
licæ fidei strenuum Defensorem profes-  
sus est. His itaque articulis concordia  
inita, & pacis tabulæ die decima tertia  
Januarii Anno posteriore signatæ fuerunt.  
Petierunt Oratores decima octava ejus-  
dem Mensis Pragam: Rex vero eadem die  
Moraviam contendit. Felicissima equi-  
dem sub Rege Podiebracio fuisset Bohe-  
mia, nisi Rochisana eum a pueritia suis

Sæcul. XV. erroribus imbuisset, & contra Romanam  
A.C. 1459. Ecclesiam falsis detractionibus animum  
 ejus prævenisset, Regi persuadens, suam  
 sectam a Concilio Basileensi per *compa-*  
*ctata* (uti vocabant) non minus fuisse ap-  
 probatam, ac Catholicam; cum tamen  
 neque Hussitarum ullus hisce pactis un-  
 quam stetit. Quare Rex hac fiducia  
 delusus, cuncta maluit subire pericula,  
 quam primitus imbibitam hæresin de-  
 ferere.

## §. XCII.

*Administrator Pragense Ecclesie a  
 Papa datus.*

*Cochl. Hist.* Interea novi turbarum motus fuscitan-  
*Hussit. lib. 2.* tur in Bohemia, eo quod Pius Ponti-  
 fex Wenceslaum Decretorum Doctorem,  
 ac Ecclesie Pragense Catholicæ Deca-  
 num Pragam decrevisset, datis literis a-  
 postolicis, quibus declarabatur ejusdem  
 Ecclesie Administrator, Igitur Decanus  
 Roma Pragam petit, cum vero deman-  
 dati sui muneris literas in publico con-  
 fessu recitari jussisset, Proconsul Pragen-  
 sis, aliique Rochifanæ Fautores omni  
 ope & opera eidem oblectantur, caussa-  
 ti, Archiepiscopalem Ecclesiam jam a  
 tempore Sigismundi Imperatoris Rochi-  
 fanæ promissam esse, se ergo neminem  
 præter illum solum unquam admisso-  
 rum. His econtra Catholici acriter resistebant;  
 cum